



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

3. Considerationes de morte

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

2. Nos nulla ratione possumus in statu gratiae perseverare, nisi ille, qui in eo nos collocavit, Deus in ipso nos incessanter conservet.

3. Ne vel minimum virtutis cuiusvis elicere possumus actum, absque speciali bonarum illius inspirationum, & sanctorum emotionum subsidio.

4. Deinde super seipsum se reflectens ex-pendet, quantum ipse sit in illis ipsis gratiarum subsidiis correspondendo infidelis, quotque sit imperfectionibus subjectus, atque ita quan-dam quasi coram Deo confessionis speciem ef-ficiet.

Demum ex omnibus considerationibus istis elicere poteris exiguum, omninoque vilem tuimet ipsius existimationem, ac deinde con-funderis de illa, quam hactenus aliquatenus prætulisti, præsumptione, omninoque statues nihil imposterum per vanam gloriam tibimet-ipsi attribuere, verum ad Deum, boni omnis authorem, omnia, quæ in te videri bona pos-sent, referre.

3. Considerationes de Morte.

1. **C**onsiderabis quid sit mors : animæ vi-delicet à corpore separatio, quæ necesi-tatio aliquando, infallibiliterque eveniet.

2. Quam incerta sit mortis hora, sicut & mo-dus, quo nos illa invadet, subito videlicet an ex præmeditato.

3. Dolores, terrores, & horrores, qui il-lam solent prævenire.

4. Tentationes, malæ vitæ pœnitudines, ac Dei judiciorum metus, quæ illam comitantur.

5. Denique felicitatem aut infelicitatem, quæ illam subsequuntur, quæ quidem incerta cùm sint, animam in desperationem penè adducunt.

6. Reflectes te supra negligentiam vitæ præteritæ, emendationisque propositum concipies, atque ad eum modum vivere imposteriorum statues, ut semper ad moriendum paratus existas.

Unum alterumve horum punctorum integræ meditationi materiam omnino sufficien-tem præbere poterit.

4. *Considerationes de generali
judicio.*

Sol obscurus. Considerabis terribilia signa, quæ ipsum rabitur & præcedent, prout Christus ea prædixit. *Luna non dabit lumen suum.* *& stelle cadent de celo.* *virtutes cælorum commovebuntur.* *Mattb. 24,29.* Considerabis terribilia signa, quæ ipsum rabitur & præcedent, prout Christus ea prædixit. Luna non dabit lumen suum. & stelle cadent de celo. virtutes cælorum commovebuntur. Mattb. 24,29.

2. Resurrectionem universalem omnium hominum ab Adamo ad ultimum usque posteriorum illius.

3. Congregationem omnium creaturarum; omniumque nationum ante tribunal Christi sonitu tubæ factam citationem,

4. Distinctam conscientiarum omnium, omniumque, quæ unquam patrata fuerint, peccatorum, simul cum omnibus suis circumstantiis manifestationem.

5. Rigorem ac severitatem judicis, qui nullius, nisi idipole promeritus fuerit, miserebitur.

6. De-